HIERONYMUS
12. Jh.
Seite 80r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



80

quingentas. alias ad cibaria multum de
portanda mille. auri quoq; & argenti grande
pondus. ita ut de egypto p singulos annos
quattuordecim milia & no ngenta talenta
argenti acceperit. & frumenti artabas que
mensura tres modios & tertiã modii partẽ
habet quinquies & decies centena milia.
Et post finem annoq; federabuntur. siue ut
theodotion interpretatus est. & post annos illius
commiscentur. filiaq; regis austri ueniet
ad regem aquilonis facere amicitiam. & ñ
optinebit fortitudinẽ brachii. nec stabit semen
eius. & tradetur ipsa. & qui adduxerunt eam
iuuenes eius. & qui confortabant eam in
temporib. Primum syrie regnauit ut diximus
seleucus cognomento nicanor. secundus
antiochus qui appellatus est soter. tertius
& ipse antiochus qui uocabatur θεος. id est
deus. Iste aduersum ptholomeum phyladelphum
qui sedis imperabat egyptiis gessit bella
quã plurima. & totis babylonis atq; orientis
uirib; dimicauit. Volens itaq; ptholomeus